rex Francie contra dictum comitem Flandrie insurgens et bellis ipsum lacessens[k)] dictum comitem captivavit[10] et totam terram Flandrensem suo dominio mancipavit. Cum autem procuratores dicti regis Francie totam Flandriam iam tenentes circa provinciales insolencius agere et tyrannice ipsos pertractare iam cepissent, quia in rebus humanis violenta dominacio subiectionem fidelem non recepit, provinciales Flandrie irritati tumultuoso impetu ad arma concurrentes officiales regis et omnes Gallicos in eadem provincia existentes crudeliter occiderunt[11]. Qua temeritate rex Francie permotus congregata omni milicia regni sui terram Flandrensem cum copiosissimo exercitu ingressus occurrentibus sibi cum armorum

1302 iul. 11. apparatu Flandrensibus in loco, qui Curtrich[i) 12] ab incolis appellatur, bellum cruentissimum cum ipsis commisit. i) Bellum in Curtrich inter regem Francie et Flandriam in marg. cod.

fol. 187'. In quo conflictu populus Flandrensis potiti victoria totum quasi illum exercitum regis Francie deleverunt. Fertur namque, quod in ipso ~~conflicta~~ bello de nobilibus Francie potencioribus 27 tam duces quam comites et barones nominatissimi viri preter preclaros militares ordinis strennuos viros, quorum fuit multitudo innumera, occiderunt. Porro ante dicti conflictum belli cometes notabiles apparebant.

Hiis quoque temporibus videlicet anno Domini 1296.

k) latescens cod.

10] Non bello, sed insidiis in conventu cum rege Franciae habito Guido captus est.

~~11] Cogitat noster de caedibus Brugis 1302 mai. 25 factis. 12] Courtray~~